Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36533
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

sicut iniustus ex laude sua pollutur. ita uir iustus audita sua
laude purgetur. Hæc dum bona que agit ab hominibus perferri cog
noscit. subtile contra se ut dictum est extremi iudicii examen
metuit. ac trepidus ad conscientiam recurrit. et quicquid illic inde
reprehensibile corrigit. Dum enim bona sua innotuisse formidat.
subtilitate secuturi examinis pumescens. si qua in se mala oc
culta scampitat. lauet nam si saltem talis dono non ostendit qualis
ab hominibus putat. et neq; contentus est. ut in quod potuit innotes
cere in hoc debeat remanere. Iam enim de bonis suis quasi re
tributione sibi facta estimat. nisi eis et alia que ab hominibus
nescium adiungat. Vnde bene per salomonem dicitur: Sicut probatur in
conflatorio argentum. et in fornace aurum. ita probatur homo ore
laudantis. Argentum quippe et aurum sit reprobum et igne consumitur.
si probum vero igne declaratur. Sic minurum est et sensus operantis.
nam qualis est in eo quod laudat ostenditur. Sicuti se audituis suis
laudibus extollit. quid iste aliud quam aurum et argentum reprobum
fuit que uidelicet fornax lingue consumpsit. Si autem fauores
suos audiens ad superni iudicii considerationem redit. ac ne de
his apud occultum arbitrem graueter metuit. quasi expurgatio
nis igne ad magnitudinem claritatis exerceret. et unde in
cendium trepidationis sustinet. inde clari fulget. Beatus
quoque iob quia nequaquam de operatione se priuat. fiducier
dicit. Siuidi solem cum fulgeret. Quia vero hunc aiudicii in
terioris iniuriu fama laudabilis non diuertit. ad iungit.
et lunam incedentem clare. Quia opinionis sue gratiam animum
deuinci nec tacita cogitatione permisit prius sub dicit.
et osculatus est in abscondito cor meum. Et quia plerumque in
considerata mens du transitorio fauori non renitit. ad hoc
usque prorabitur ut laudet. ipsa quod facit. et dictioni que premissa est
qua dicit. si egrue sub infertur. et osculata sum manum meam ore meo.
Per manum quippe operatio. per os autem locutio designatur sicut
psalmo dicit. Abscondit piger manum suam. sub ascella